



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XX. Infans sine baptismo mortuus, reuiuiscit ad sepulchrum S. Kvnegvndis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

gnum apparuit. Nam post eiectam vrinam, quod signum mortis in talibus tormentis est, cunctis adstantibus in speratae salutis, ac vitæ restitutus est.

Tali modo apud Rottenburg. Imperiale castrum, duo absoluti multorum attestazione vsque ad nos perueniunt.

## CAPVT XX.

*Infans sine baptismo mortuus, reuiuiscit ad sepulchrum S. Kunegundis.*



Ira, (at non Deo impossibile) & forsan nostræ ætati incredibilia dicturus sum, sed tota Babenbergensium ciuitas huius facti expers non fuit.

Mulier de proxima villa Elrin vagientem suum, infra quadraginta dies sine baptismo defunctum, supra tumbam beatæ Virginis non sine spe resurrectionis posuit. Testor eum, qui est primogenitus mortuorum, qui mortuos suscitatur, ubi miserabilis omnibus mater extincti sanctæ Virginis nomen CHVNIGVNDIS ingeminando multos fletus effudit; quem exanimem posuerat, de sepulchro viuum le-

*Infans mortuus resuscitatur.*

nauit. Quis se à lacrymis, quis à laudibus contineret? Vna vox omnium, vt frequens turba Sabbatho confluxerat; *Qualis est hæc? quàm sancta? quàm Deo chara? que claudos curere, cecos videre, mutos loqui, extincta quoque membra reuiuiscere facit. Beatus venter, qui hanc portauit: benedicta à Domino ybera, qua hanc lactauerunt; de benedictione iam seculo pereunti tanta gratiarum munera effluerunt.*

